



Policratici Contenta

Johannes <von Salisbury, Bischof>

Parrhisius, 1513

C. xxvi. Q[uod] vitia fere[n]da su[n]t aut tolle[n]da & a flagitiis distant: & g[ener]alia q[ue]da[m] de officio p[ri]ncipis: & breuis epilog[us] qua[n]ta sit ei reuerntia exhibe[n]da.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70332](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70332)

de satellitibus consociis ac ministris filiisque eorum simili severitate censemus. Sane si quis ex his in exordio inite factionis studio vere laudis accensus ipse prodiderit factione: & primio a nobis & honore donabitur. Is vero qui usus fuerit factione: si tamen in cognita adhuc consiliorum archana patefecerit: absolutioe tamen & venia dignus habebitur.

¶ Quae vitia ferenda sunt aut tollenda: & a flagitiis distant & generalia quaedam precepta de officio principis & brevis epilogus quanta sit ei reverentia exhibenda. Capm. XXVI.

Videtur quidem pauca de multis excerpta de sincera vena iuris presenti opusculo curavi inserere: quae & iuris ignari a maiestatis crimine seipos longius amoverent his inspectis: & ne quisquam meipsum calumnie in aliquo adversus auctoritatem principis quippiam praesumpserit. Dicitur solet quia sine lesione vultus non facile remouetur robur a subere: sed multo equius & citius leditur quisquis obsequium membrorum seipsum a capite. Vigeat semper excellentia capitis: quia in eo totius corporis consistit salus. Varro in satira quae manipea inscribitur: & de officio matrimonii instituta est ait. Vitium coniugis aut attollendum est aut ferendum. Qui tollit vitium: commodiore coniuge prestat. Qui fert seipsum efficit meliorem. Sic principis & subiectorum vitia aut ferenda sunt aut tollenda. Horum quippe confederatio affectum coniugii aut equat aut praecedat. Sed & ipsa varronis verba ferre & tollere: lepide quidem composita sunt. Apparet autem quia tollendi nomen correctionis est nota. Constare equidem ei esse sententiam: ut ferat quod tolli non potest. Hoc tamen fidelis adiicit interpretatio ut vitium intelligat: quod honeste ferri potest & religione incolumi. Vitia enim flagitiis leviora sunt: & sunt nonnulla quae non ferri licet: aut quae fideliter ferre non possunt. Ex causa fornicationis licet diuertit coniux a coniuge: & plerumque patronus est turpitudinis qui crimen celat uxoris. Inde est forte: quod adulteram retinet: stultus & impius est. Hec autem in mecha corporali & spirituali quod ad aliquid eque obtinent: & si deterior sit spiritualis & studiosius declinanda. Similiter & in membrorum propage ferendi: aut tollendi: varronis est regula admittenda. Nam quoniam membra creari oporteat nemo abigit: siue in fomento olei siue in austeritate vini: quod samaritanus infundit vulnerato praecedat cura. Quae autem tollenda sunt: ex eo liquet quod scriptum est. Si oculus tuus vel pes scandalizat te erue eum & proiice abs te. Hoc in membris omnibus principi arbitror observandum: ut non modo eruantur abscedant & procul eiciantur: si fidei aut publice salutis detur in scanda-

Proverbis.

Mat. v. z. xix.

xxij. q. j. ca. j. et
de iureiurā. c.
quoadmodum.Mat. v. z. xvij
Marci. ix.